



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis
Ecclesiæ**

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiæ, 1688

Casus Summo Pontifici reservati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

Casus Summo

Judicis Ordinarii Romanæ Curiæ, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eandem prorsus fidem, in judicio, & extra illud ubique locorum, adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, declarationis, protestationis, sublationis, revocationis, commissionis, innodationis, mandati, hortationis & voluntatis, infringere, velei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis DEI, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M DC VI. X. Cal. April. Pontificatus nostri Anno primo.

M. Vestrius Barbianus.

CASUS SUMMO PONTIFICI RESERVATI;

A quibus Parochi neminem, citra specialem
facultatem, absolvere possunt.

I. Interficiens aut verberans Clericum; si læsio sit atrox & enormis: persecuens Episcopum, vel majorem, & Prælatum.

II. Qui aliquo externo signo suam hæresin prodit, aut Hæreticis, ab Ecclesia damnatis, circa suas perversas opiniones favet, eosque defendit.

III. Qui libros hæreticorum scienter legit, aut domi servat, citra specialem dispensationem.

IV. Qui à Romani Pontificis obedientia, & Ecclesiæ Catholicæ unitate, pertinaciter seipsum segregat.

V. Falsificans litteras Apostolicas, & impediens jura vel libertatem curiæ Romanæ.

VI. Offen-

VI. Offendens Ecclesiasticam libertatem; ut, qui effringit & spoliat loca sacra, vel qui contra Ecclesiæ jura & privilegia judicat, aut Ecclesiarum bona detinet, alienat, vel alienata recipit; qui etiam non reddit decimas.

VII. Religiosus habitum suum temerè dimit-
tens.

VIII. Simoniacè dans vel recipiens Sacros Or-
dines, aut beneficium Ecclesiasticum; & quicunq;
suam operam, vel consilium interponit, ubi vo-
luntas est dandi vel accipiendo pro re spirituali rem
temporalem, cum significatione alicujus pacti,
expressi vel taciti, in quod pactum pars utraque
consensit. Quæ simonia realis in rebus Ecclesi-
sticis, beneficiisvè commissa, conjunctam habet
obligationem ad beneficia non retinenda, & ad
fructus eorum restituendos; in Ordinibus verò
suspensum reddit illum, qui ordinatus est, ut non
possitea, quæ sui sunt ordinis, citra specialem facul-
tatem, exequi.

IX. Incendiarius, qui publicè fuit pro excom-
municato denunciatus.

X. Missam celebrans in excommunicatione
majore.

XI. Commutans alicui vota, facta de servanda
castitate perpetua, de ingressu religionis, de

G 2 visi-

Casus reservati

visitando sepulchro Domini , aut de suscipienda peregrinatione ad Apostolorum Petri & Pauli limina, vel ad S. Jacobum in Compostellam.

XII. Sepeliens hæreticos, & illis adhærentes , in loco sacro.

**DECASIBUS EMINENTISSIMO,
ET REVERENDISSIMO ARCHI-
EPISCOPO TREVIRENSI RESER-
VATIS.**

Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum præposita , die 26. Novembris Anno 1602. locorum ordinarios admonendos censuit , ut atrocium tantum & graviorum criminum absolutionem sibi reservent , quorum reservatio ad Christianam disciplinam retinendam confert in ædificationem, sicut nec superfluos, seu in Bulla Cœnæ, aut alias in corpore juris Canonici Papæ reservatos: idcirkò cum priora Agenda nostra pastoralia Anno 1574. edita , babuerint 31 casus reservatos , eos ad numerum II. restringimus , prout sequitur:

I. Enormis blasphemia in Deum , vel Sanctos in loco publico.

II. Abusus hostiæ Sanctæ, Chrismatis, Olei S. vel cuiusvis rei sacratæ ad sortilegium , divinationem, incantationem, aliosvè usus magicos.

III. Per-